

## Pars prima de vniuerso

similiter a prima virtute siue fortitudine siue potetia vt est virtus et fortitudo et potetia et sp. p. puidetia ipsius et put requirunt necessitates et utilitates recipientium. Vn in quibusdam sunt arma defensionis sicut in bobus et vaccis appetit cornibus quod per illa se defendunt a lupis quedam vero sunt arma protectionis sicut duricia cutis in apribus et cocodrillis licet et alie sint utilitates istorum. In alijs vero dentes et ungues ad impugnationem piter et defensionem sunt. Sicut in vris et leonibus et alijs animalibus quod de preda siue rapina sua nutriunt. sic etiam de pulchritudinibus dicendum videtur quod omnes descendunt a prima pulchritudine vt est pulchritudo et bonitates a prima bonitate vt est bonitas. Similiter scientie vel sapientie a prima sapientia vt est scientia et altitudines a prima altitudine vt est altitudo et suauitates veri hominis a prima suauitate vt est suauitas. Causa autem in hoc est quod omnia hec relucet ad primum in quantum talia sunt ad primum in quantum in quantum tale quod determinat tibi. sic omnis virtus ad ipsam in quantum est virtus et omnis bonitas relucet ad ipsam in quantum est bonitas et eodem modo currunt res in alijs. Quia igitur omne quod relucet ad ipsam non relucet ad ipsam nisi per id quod cadit super ipsam de irradiatione primi. Manifestum est quod omne quod est potes et omne quod est bonum non est tale nisi per illud quod cadit super ipsum de irradiatione primi per predictas comparationes omnis virtus videtur esse causa et declaratio sermonum homini. Caue autem ne per hoc intelligas diuersari primum apud se villo modo quod eadem modum et fons quatuordecim multitudinem vel diuersitate riuorum apud se non diuersas aut multiplicas. Sic nec primum propter multitudinem aut diuersitatem influentiarum quod ex ipso sunt. Caue autem intellige vbi quod notari creatoris audieris fontem et creaturas riuos vel flumina. Non est propter riuos nisi aqua quod fluit in fonte vt per fontem id est aqua fontalis et propter hoc inueniret ex necessitate eius fluxum vel exitum aqua fontalis nisi ei alia daret. Remota enim iam a creatoris est per me est probabilitas nec super hoc est tibi relicta dubitatio. Et ab vno et eodem calore est imolicio in cera et iduratio in luto. Vides etiam quod ex eodem semine tam modico pueniunt fructus flores et folia frondes et cortices et etiam semen sile cum semen vnum et forte vnum simplex hoc est vnius nature sit. In semine et humano quod vni nature non est videtur appere maior multitudo maiorque diuersitas in effectibus suis hoc est in eis quod ex ipso generant quorum est tanta multitudo

atque varietas vt pilis unguibus caro ossa nerui cartilagine medulle et quattuor humores radicales et ipsa substantia cerebri. Quanta fortitudo igitur a creatoris per modum effectus per imperiosissimum verbum ipsi erit multitudo atque diuersitas a deo deorsum ab ipso adeoque discreta vt nec specie nec genere nec etiam predicamento communitur. In his autem similitudinibus attende longissime distantem dissimilitudinem. Semen enim licet fortissimam habeat virtutem operatiua causa materialis est et propter hoc corrumpitur in generatione eorum quod ex ipso fiunt hoc autem non est cause efficietis natura per se scilicet vt ipsa corrumpat ipsa operatione sua quod est ei propria et per se. Nec moueat te exemplum fenicis quod posui quod ignis ille quem ipse succedit est causa efficiens corruptionis ipsi ipse autem fenix non est causa per se et propter ignis illius. Remisce re igitur sublimitatem ac supeminentiam creatoris benedicti imperiositatisque verbi ipsi de quo plura audiisti in prima parte tractatus istius. Et videbis quod longe est omnipotentissimam virtutem ipsius et excellentiam atque magnificentiam operationum ipsius ab alijs virtutibus et modis operationum ipsarum. Reminiscere etiam quia nomen et intentionem cause efficietis videtur merito philosophi extendisse vt exactam ac deputatam eiusdem rationem forsitan enim sic non congruit nisi prime cause efficietis que est creator benedictus

Via vero similes illuminationes eis que supra posui habere videntur omnia alia animalia et quedam multo minores minusque nobiles. Quedam etiam maiores quemadmodum vultures si verum est quod de eis multi fabulati quod prouident strages futuras ex plijs et propter hoc congregant in locis vbi future sunt strages homini tamquam prouideat in futura esca cadauorum humanorum et equorum. Appetunt tibi ex omnibus his luminibus luminositates sapientie creatoris penetrare atque perungere non solum usque ad extrema animalium sed usque ad extrema seminum lumina quod cadunt super semina filia sunt artificijs vt dixit aristoteles. attende etiam quod lumina homini non sunt tam sic artes aut artificia operandi sed sunt velut imperia creatoris que necesse habent implere ipsa semina. Non enim ex libero arbitrio operantur sed ex necessitate per modum scilicet fuerunt quod et aristoteles alibi alibi generaliter dixit de natura scilicet quod ipsa operantur per modum fuerunt. Nemo autem dubitat quod semina nec alia nec aliter operari possunt quemadmodum in ipsis est impediri tam et adiuuari possunt vt melius et citius operentur